

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio  
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum  
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

**Estrix, Aegidius**

**Moguntiæ, 1679**

Propositio XXV. Cvm causa licitum est jurare sine animo jurandi sive res sit  
levis gravis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42472**

ret : tamen posito , quod hæc cum peccato qui  
commisit , potest de habita prole sibi complacere ,  
deque viribus refectis : quia non de peccato gaudet ;  
sed de effectu secuto , qui bonus est : ITA IN CASU  
NOSTRO. Manifestum est , in his contineri  
propositionem contradictoriam damnatæ.

Quod verò accusator addit , à Tamburino  
citari Castropalaum , ut autorem doctrinæ ,  
quam continent propositione damnata , falsissimū  
est : citatur , ut autor doctrinæ , quam ibi tra-  
dit Tamburinus , & quæ est apertè contra-  
dictoria damnatæ , ut jam patuit : & revera  
**C**astropalaus *tom. I. Tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2.*  
*n. 11.* quem locum citat Tamburinus , diserte  
contradicit propositioni damnatæ : adeat lo-  
cum , cui id lubet : neque enim in gratiam  
accusationis tam futilis describenda sunt sin-  
gula.

## PROPOSITIO XXV.

**C**VM causa licitum est jurare sine animo ju-  
randi sive res sit levis sive gravis .

Autor propositionis rursus citatur Tambu-  
rinus *I. 3 c. 3. §. 2. n. 1.*

Respondeo damnata est propositione sicut ja-  
chet : aliter vero jacet in Decreto , aliter in  
Libro Tamburini : quia in Libro Tamburini  
sic jacet , ut constet ex adjunctis , illa ver-  
ba , jurare sine animo jurandi habere significa-

tionem  
ut ja  
Tam  
randi  
ita u  
anim  
audie  
ficien  
ipsa  
dem  
Saul  
Q  
docu  
mun  
ubi  
S. T  
bis :  
ment  
juxta  
pecca  
strid  
causa  
E  
Doc  
de C  
Mal  
opu  
The  
ad

tionem singularem, quam ex propositione, ut jacet in Decreto, nemo assequetur: quia Tamburinus hæc verba, jurare sine animo jurandi explicat per hæc; jurare verbis &equivocis, ita ut sensus sit; cum causa licitum est jurare sine animo jurandi eo sensu, quo juramentum accipit audiens; quod esse licitum, si adsit causa sufficiens, docent omnes passim Theologi. Hæc ipsa de mente Tamburini pluribus jam pridem deduxit Guilielmus le Maire in Statera Saulis Exr. sect. 1. c. 12. §. 5.

Quod igitur ad rem attinet, non aliud ibi docuit Tamburinus, quam quod habet communis sententia etiam in Schola Lovaniensi, ubi Doctrinam clarius expressam dedit quidam S. T. Doctor die 12. Augusti 1632. his verbis: jurare amphibologicè, imò non secundum mentem recipientis juramentum ex justa causa juxta sensum verum, & à jurante intentum nec peccatum est, nec illicitum: illicitum est uti restrictione mentali in juramento; securus ubi est justa causa.

Eadem reipsa est doctrina Lovaniensium Doctorum in libris impressis: Adriani in 4. de Confessione non procul à fine. Joannis Malderi in 2. 2. Tr. 10. c. 6. dub. 7. Et in opusculo de Restrictionibus. Joannis Molani Theol. pract. tract. 2. c. 7. concl. 1. Et quod ad juramentum amphibologicum attinet,

Joan-

Joannis Wiggers in 2. 2. Tract. 8. c. 5. dub.  
12.

Frequens verò apud Doctores illius schola est mentio de juramento sine animo jurandi, ut distinguitur à juramento amphibologico, de juramento sive intentione jurandi, de juramento simulato, quod etsi negent esse licitum, factentur tamen communissimè non obligare persone ad præstandum id, quod juramento promissum est. Ita docuerunt Malderus loco cit. in 2. 2. Wiggers loco cit. dub. 11. plurimis verò Thesibus propugnatum est ab illis Doctoribus die 12. Augusti 1632. die 27. Novemb. 1640. die 18. May 1640. die 13. Februarii 1640. die 24. May 1642. &c.

## PROPOSITIO XXVI.

**S**i quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propriâ sponte, sive recreatione causa, sive quocumque alio fine, juret se non fecisse aliquid, quod reverà fecit, intelligendo int̄ se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum rum, reverà non mentitur, nec est perjurus.

Autorem propositionis citat Joannem Sanchez Jesuitam in opere morali P. 2. l. 3. c. 6. n. 15. & mille alias in praxi.

Observavi ad Prop. 9. Joannem Sanchez non esse Jesuitam. Veros autores doctrinæ,

quam